

stīpes, itis. subs. m. **FORMA** f. APUL Met 8.22. in ipsa cariosa stipite.; stips PETRON 43.5.; *de stirp ambigitur* APUL Met 8.22. in ipsa cariosa stipite. **ETYM** stipare? **DLAT** stipidosus. **DRom** cast. estīpite, estival 'calceamenti genus' < it. estival (< it. stivale < stips^{ML}; *fortasse* < aestualis 'ad aestatem pertinens'); *al.* Stiefel 'peronis genus' [FREQ media 173 ^{indicia} 13 ^{/d.c.m.} 239-169 ENN] uocabulum scriptis litterariis omne genus aptum, uersu pro rata parte abundantius, omnibus usibus praecipue doctis; et technicis ad agri culturam pertinentibus inuenitur; inde ab initiis apparet usque ad Antiquitatis finem.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	36	7,2
	dramatica	7	16
	exponens	40	14
	lyrica	10	43
	narratiua	77	15
	satirica	3	15
DIACHRONICA	III-II aec.	13	22
	I aec.	23	8,4
	I-II ec.	79	20
	III-V ec.	58	8,6
DIAPHASICA	docta	57	27
	media	111	9,9
	quotidiana	5	12
DIASTRATICA	litteraria	144	13
	technica	29	11
MODUS	prosa	93	7,8
	uersu	80	44

¶ **a1** *pars arboris seu arbusti durissima in longum asciata ut laborantibus usibus uariis sit* • tronco de árbol o de arbusto una vez cortado y preparado para múltiples usos, trabaja-do en una forma alargada y relativamente poco gruesa, estaca, pilote, poste o viga [HYPER trabs^a HYP canterius^b, claua^b, palus¹, sudis, surus, talea^a, uacerra^a, uallus^a DOM arbor, frondes, radix; carceralis, noxialis] 234-149 CATO Agr 18.2. arbores ad stipitem pri-mum directas p. xvi, stipites crassos p. ii. 50-19 TIB 1.10.17. *Lares* neu pudeat prisco uos esse e stipite factos. 60 COLUM 6.19.2. huic solo septenum pedum stipites recti ab utroque latere quaterni applicantur. 368 EUTR 3.6. triumphans Marcellus spolia Galli stipiti inposita umeris suis uexit. 𐌺𐌹𐌸 GLOSS 2.188.39. στῆλεχος. 4.286.39. stipis truncus. 4.176.51. stipite arbor nudata foliis. 5.390.42. stipite ligno.

quasi trabes ea utebatur, praesertim si palationem efficere uelis • se utilizaba como esta-ca o poste, preferentemente para clavar firmemente en el suelo 390 AMM 18.8.12. miles ante me quidam discriminato capite, quod in aequas partes ictus gladii fiderat uali-dissimus, in stipitis modum undique coartatus haereret.

seu uallum • o para formar empalizadas 29-9 LIV 41.27.8. extra portam trigeminam emporium lapide strauerunt stipitibusque saepserunt.

seu quasi prelo uti, incerto tamen modo • o como viga en una prensa, con una función imprecisa 234-149 CATO Agr 18.2.

seu currus axis • o eje de las ruedas del carro 197 TERT Apol 50.3. ad stipitem dimidii axis reuincti sarmentorum ambitu exurimur. 𐌺𐌹𐌸 PAUL FEST 4. et stipes teres, circa quem rota uertitur, et tabula sectilis axis appellatur.

seu ad iumenta religanda • o estaca para atar a ella los animales 60 COLUM 6.2.4. cum deinde buculos comprehenderis, perducito ad stabulum, et ad stipites religato.

seu ad homines plectendum uel torquendum • o a las personas, para aplicarles un castigo o tormento 121 SUET Nero 29.1. uirorum ... ac feminarum ad stipitem deligatorum in-guina inuaderet. 370-420 HIER Epist 1.4. crines ligantur ad stipitem, et toto corpore ad eculeum fortius alligato, uicinus pedibus ignis apponitur. 𐌺𐌹𐌸 GLOSS 5.625.4. ue-cerra est stipes ubi religantur.

immo ad eorum corpora infindendum • o directamente para empalarlas 63-65 SEN Epist 14.5. cogita ... carcerem et cruces et eculeos et uncum et adactum per medium ho-minem qui per os emergeret stipitem.

contra tantam saeuitiam, homines arti dediti terminales stipites certe adfabre at rustice laborabant • frente a tal truculencia, y por el propio espíritu artístico del ser humano, la es-taca o poste que señalizaba un término o una particularidad del terreno podía ser labrado rústicamente 5 Ov Fast 2.642. Termine, siue lapis siue es defossus in agro stipes. 390 AMM 31.2.2. ut bipedes existimes bestias uel quales in conmarginandis pontibus effigiat stipites dolantur incompte. 417-418 OROS Hist 5.12.2. stipites, terminorum indices.

a2 *palus, rudis seu lignum* • palo, madero o leño [SIM ṛrudis^a] 52-51 CAES Gall 7.73.6. huc teretes stipites feminis crassitudine ab summo praeacuti et praeusti demitte-bantur. 2-8 Ov Fast 5.506. ignis in hesterno stipite paruus erat. 350 PELAGON 50.1. ambulabit pedibus incertis et interdum cuilibet aut stipiti aut iacentibus lapidibus pedes offendit.

ad multa et uaria pertinuit, qualia ligna • fue aplicado extensamente a múltiples realida-des, como a los leños para hacer fuego 2-8 Ov Met 5.57. stipes qui media positus fuma-bat in ara.

seu taedam • a una antorcha 60 PETRON 124.263. Mauortius ... flagranti stipite dex-tra minax terris incendia portat.

seu candelabri ligulam • al brazo de un candelabro 390-406 VULG Ex 37.19. aequum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri.

seu ad ea quibus quidam defenditur • a medios de defensa 5 Ov Fast 1.570. prima mouet Cacus conlata proelia dextra remque ferox saxis stipitibusque gerit.

seu, et saepe, ad Herculis clauam • o, con cierta frecuencia, a la maza o clava de Hércules 63-65 SEN Her O 208. uidi miseranda mei fata parentis, cum letifero stipite pulsus tota iacuit sparsus in aula.

a3 CHRIS Christi crux • la cruz de Cristo [HYPER tormentum^e SIM ṛcrux^a] 197 TERT Nat 1.12.3. quanto distinguitur a crucis stipite Pallas. 329 IUVEN 4.700. caelo ne forte re-missus Helias ueniat ... liberet et misero confixum stipite regem.

b *conuicium ab intellectus inopia uel cibarii animi sensus* • por la poca inteligencia o la grosería de los sentimientos: tarugo, zopenco o zoquete [HYPER contumelia] 163 TER Hau 875. in me quiduis harum rerum conuenit quae sunt dicta in stulto, caudex stipes asinu' plumbeus. 57 CIC P. red in sen 14. cum hoc homine an cum stipite in foro constitisses, nihil crederes interesse. 60 PETRON 43.5. ille stips, dum fratri suo irasci-tur, nescio cui terrae filio patrimonium elegauit. 394-404 CLAUD In Eutr 1.126. cum pallida nudis ossibus horrorem dominis praeberet imago ... et nihil exhausto cape-rent in stipite lucri.

c1 AGR arboris truncus • tronco de árbol [HYPER truncus^a HYP matrix^c] 65-54 CATUL 64.289. ille tulit radicitus altas fagos ac recto proceras stipite laurus. 60 COLUM 2.2.28. bubulcus ... prae fractas stipes summasque radices ... omnes refodiat ac per-sequatur. 200-300 GARG MART Med 3.7. fiunt dulcia ex amaris si, circumfosso stipite, tribus a radice digitis latior cauerna ponitur qua pruina decurrat. 386 AVIEN Orb te-rr 1112. prorumpit lacrimoso stipite myrrha.

quandoque ad truncum pertinuit cui suboles insiticia infertur • a veces, se aplica al tron-co donde se injertan esquejes 30-15 PROP 4.2.18. insitor hic soluit pomosa uota corona, cum pirus inuito stipite mala tulit.

c2 *immo arbor ipse fuit* • e incluso se refirió metonímicamente al árbol [HYPER planta SIM arbor DOM de distintas especies acernus, pineus, quernus] 2-8 Ov Fas 3.751. cons-titit ipse super ramoso stipite nixus. 400-430 MAR VICTOR Aleth 2.10. quali ore rudes stupeant tam barbara rura coloni, quae non frugifero distincta stipite uernant.